



## Charter Document - 05610025



(<http://res.deeds.utoronto.ca/chartex/pages/05610025.jpg>)

**Charter Number:** 05610025

**Cartulary Title:** An Edition of the Cartulary of Alvingham Priory.

**Charter Language:** Latin

**Charter Origin:** Royal

**Charter Type(s):** Grant

**Date:** 1278

**Date Type:** Internal, Regnal



## Charter:

[E]duardus Dei gratia rex Anglie dominus Hyb et dux Aquitan archiepiscopis episcopis abbatibus prioribus comitibus baronibus vicecomitibus prepositis ministris et omnibus ballivis et fidelibus suis salutem Sciatis nos concessisse et hac carta nostra confirmasse dilectis nobis in Cristo priori et conventui de Alvingham quod ipsi et successores sui in perpetuum habeant liberam warrenam in omnibus dominicis terre suis de Alvingham cum pertinentiis et in omnibus dominicis terre suis de Cokingtona cum pertinentiis et in omnibus dominicis terre suis de Kedingt cum pertinentiis in comitatu Linc dum tamen terre ille non sint infra metas foreste nostre ita tamen quod nullus intret terras illas ad fugandum in eis vel ad aliquid capiendum quod ad warrenam pertineat sine licentia et voluntate predictorum prioris et conventus vel successorum suorum super forisfacturam nostram x librorum Quare volumus et firmiter precipimus pro nobis et heredibus nostris quod predicti prior et conventus et successores sui habeant liberam warrenam in omnibus dominicis terre suis predictis in comitatu predicto dum tamen terre ille non sint infra metas foreste nostre ita tamen quod nullus intret illas ad fugandum in eis vel ad aliquid capiendum quod ad warrenam pertineat sine licentia et voluntate predictorum prioris et conventus vel successorum suorum super forisfacturam nostram x librarum sicut predictum est Hiis testibus venerabile patre W Norvic episcopo Edmundo fratre nostro Willelmo de Valenc avunculo nostro Iohanne de Vescy Rogero de Cliford Otone de Grantson Reginaldo de Gray Roberto de Tatershal Roberto filio Iohannis Iohanne Ferre Elya de Havill Waltero de Everley et aliis Dat per manum nostram apud Burg tertio Decembris anno regni nostri septimo


## Source (click image below to view full size)

**25** Grant by Edward I to Alvingham Priory of free warren in all its demesne lands in Alvingham, Cokingington and Kedington, providing that these lands are not within the limits of the king's forest; the penalty for entering these lands to hunt or take anything without the permission of the priory is £10.  
Burgh (Norfolk), 3 December 1278  
fó.7v

Calendared in CCHR, Vol. II, Henry III - Edward I A.D.1257 - 1300 (London 1906), p.211.

[E]duardus Dei gratia rex Anglie, dominus Hyb' et dux Aquitan', archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, comitibus, baronibus, vicecomitibus, prepositis, ministris et omnibus ballivis et fidelibus suis salutem. Sciatis nos concessisse et hac carta nostra confirmasse dilectis nobis in Cristo priori et conventui de Alvingham quod ipsi et successores sui in perpetuum habeant liberam warrenam in omnibus dominicis terre suis de Alvingham cum pertinentiis; et in omnibus dominicis terre suis de Cokingtona cum pertinentiis; et in omnibus dominicis terre suis de Kedingt' cum pertinentiis in comitatu Linc', dum tamen terre ille non sint infra metas foreste nostre, ita tamen quod nullus intret terras illas ad fugandum in eis, vel ad aliquid capiendum quod ad warrenam pertineat, sine licentia et voluntate predictorum prioris et conventus, vel successorum suorum super forisfacturam nostram x librorum. Quare volumus et firmiter precipimus, pro nobis et heredibus nostris, quod predicti prior et conventus et successores sui habeant liberam warrenam in omnibus dominicis terre suis predictis in comitatu predicto, dum tamen terre ille non sint infra metas foreste nostre, ita tamen quod nullus intret illas ad fugandum in eis, vel ad aliquid capiendum quod ad warrenam pertineat, sine licentia et voluntate predictorum prioris et conventus, vel successorum suorum, super forisfacturam nostram x librarum, sicut predictum est. Hiis testibus: venerabile patre W. Norvic' episcopo, Edmundo fratre nostro, Willelmo de Valenc' avunculo nostro, Iohanne de Vescy, Rogero de Cliford, Otone de Grantson, Reginaldo de Gray, Roberto de Tatershal', Roberto filio Iohannis, Iohanne Ferre, Elya de Havill', Waltero de Everley, et aliis. Dat' per manum nostram apud Burg' tertio Decembris, anno regni nostri septimo. [fó.8r]

(<http://res.deeds.utoronto.ca/chartex/pages/05610025.jpg>)





**DEEDS**  
*Documents of Early England Data Set*

 **UNIVERSITY OF TORONTO**  
LIBRARIES

These works are presented as a contribution to scholarship in the field of medieval history, and we believe that our usage of these works are fair dealing under Canadian copyright law.

Please direct any queries to [copyright@library.utoronto.ca](mailto:copyright@library.utoronto.ca).

Copyright 2013 University of Toronto

Accessibility. Tell us about a web accessibility problem.